



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Societatem quanti faceret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

*Societatem
quanti faceret.*

Quanti verò ipsam Societatem faceret admo-
net locus, vt coniectādum subiungam. Nunquā
fere incidit eius mentio, vel vocationis, aut obe-
dientia, quin sanctam Societatem, sanctam Vo-
cationem, Obedientiam sanctam appellet. So-
lennis ei formula salutandi socios erat, vt in vtro-
que homine læti agerent in hac sancta Vocatio-
ne. Apparet è susceptis pro tuendo instituto di-
micationibus apud Dynastas; & perpetua vigilia,
atq; constātia ne quid contra leges, moresq; per-
mitteret. Cuius generis quam frequentes, quam
spinosæ occurserēt molestia, æstimare nemo po-
test, nisi qui B. Ignatij decreta de fundandis Col-
legiis, & Fundatorum ingenia norit: quæ tempo-
ribus iis difficiliora etiam tractatu erant, quod
nōdum vsus lucem addiderat, & viam strauerat
legibus nostris: & in maioribus Colonorum sa-
crorū angustiis perstudiosi publicæ utilitatis Ma-
gnates omnia putabant nobis cuiusq; modi mu-
nera, conditiones quaslibet subeundas. At Cani-
sius, quanquam inexpugnabiles interdum diffi-
cultates circumuenirent, spem tamē, & animum
diuina obfirmans fiducia, aiebat, Vindicanda est
Instituti huius libertas: inhærendum præscriptis
legi-

*Constantia in
tuendo insti-
tuto.*